

(17 octob.)

Anno 1390 v. Id. Oct. Copmatus miseratione divina titulo Sanctae
Crucis in Hierusalen, sacrosanctae Romanae Ecclesiae praesbyter Cardinalis
Apostolicae sedis Legatus. Dilectis nobis in Christo nobili viro
Antonio de Curis milici, et nobili mulieri Rossiae, alias
Ludovicae eius uxori, mantuanis, salutem in Domino.

Sandissimus siquidem in Christo pater et dominus noster Bonifatius,
divina providentia Papa VIII, sua nobis litteris gratiosas concepit
sub hac forma = Bonifatius Episcopus servus servorum Dei
dilecto filio Copmato titulo Sanctae Crucis in Hierusalen praesbytero
Cardinali, Apostolicae sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.
Cum te ad nonnullas Italiae partes pro quibusdam magnis et arduis
nostris ac Romanae Ecclesiae negotiis praesentialiter destinemus:
quos volentes illa tibi concedere per quae animarum salute
consultando te valeas reddere, gratiosum studium adhibemus,
Eidem siquidem felici recontationis Urbani Papa VI, praedecessor
nostris ex certis rationabilibus causis ad id eius animam moventibus
de consilio suam fratrum suorum, de quorum numero tunc
oramus et apostolicae potestatis plenitudine, statuit ut universi
Christifideles tunc praesentes et futuri, qui in anno a Nativitate
Domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo nonagesimo
instante tunc futuro et deinceps perpetuis temporibus de viginti tribus
annis in viginti tres annos Beatorum Apostolorum Petri et Pauli,
Basilicas de Urbe, scilicet Lateranensem et sanctae Mariae Maioris, de dicta Urbe
et alijs causa devotionis visitarent, plenissimam omnium peccatorum suorum
veniam consequerentur, ita videlicet ut quicumque vellet indulgentias

illis asequi, si romanae ad minus viginti continui vel interpolati
semel factum in die, si vero pergrinus aut forensis existeret, modo
simili quindecim diebus ad eandem Basilicam et Ecclesiam accedere
teneretur. in praedicti praedecessoris litteris inde confectis plenius
continetur. Ut igitur personae, tam Ecclesiasticae quam saeculares
partium, in quibus legatus existit, quanto maiori se ad Apostolica
Sedes gratias recipere cognoverint tanto eam sinceriori devotionis
revertantur affectu circumspeditioni tuae decens personae, quae iustis
de causis et legitimis impedimentis dictas Basilicas visitare non
valent pro huiusmodi indulgentia consequenda in propriis tamen
aliis personis visitantibus labore personali movendi standi et redeun-
di itinere: si propterea ad ipsam Urbem personam venissent
passe (sic) fuissent in alia pietatis opera commutato quod ipsae
personae vere poenitentes et confesae loco visitationis Basilicarum
et Ecclesiarum praedictarum alias Ecclesias prout sibi videbitur
vel praedictam indulgentiam assequantur visitent plenam et
liberam tenore praesentium largendi concedimus facultatem.

Salutem Romae apud Sanctum Petrum, quarto kalendas
Martii, Pontificatus nostri anno primo.
Quarum vigore vos qui iustis de causis et legitimis impedimentis nobis
expeditis praedictas Basilicas et Ecclesias visitare non valetis in ordine
ex personis in praesentibus litteris expressis ad huiusmodi Pontificiam
gratiam consequendam decimo sexto et decimo septimo locis nominamus
et etiam deputamus. Quapropter volumus et vobis praesentium
tenore injungimus iuxta continentiam et tenorem dictarum

Plerarum quae tu Anthonie in donum calicem, Tringinta vel ultra
Ecclesiae Mantuanae et tres, ac tu Loysiae, unum paratum eidem
Ecclesiae pro aliquo sacerdote ibi celebrante. Tridecim florenis
adri. vel ultra rubrem offerre, nec non unum pauperes omni mane,
uno mense duraturis reficere, et tu Anthonie quinquaginta, et
tu Loysiae centum et quinquaginta pater noster omni die eodem
mense durante dicere, nec non quilibet vestrum femel in hebdoma-
da per ipsum mensem vel interpellatum jejunare, per quae
oblationes quae quilibet vestrum Romae huiusmodi Ecclesiae et
Basilicis anno jubilei obtulisset, si personaliter ibidem
acceperet, mittere, et per quatuor Ecclesias singulis diebus
infra eundem mensem quae ad hoc duxeritis eligendas in
Civitate et Diocesi Mantuana visitare tenemini.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae
nominationis deputacionis et voluntatis infringere vel ei ausu
temerario contrariare. Si quis autem hoc attemptare presumpse-
rit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli
Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Venetijs apud Ecclesiam Castellanam V Idus Octobris
anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo, Pontificatus
Sanctissimi Domini nostri Domini Bonifacii Papae VIII.
anno Primo.

Georgius
(all' esterno)

Georgius

1390

Indulgentia concessa Antonio de Lupis et Aloysias eius uxoris
per Legatum Apostolicum.

Arch. Vatic. Instrum. Miscellanea (Ann. 1390 Octob. II).
No. 3452.

Die 17 Nov. 1909. Ex dono Secretarii de Lupis. f. no. Ugolini.